

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János Romæ, 1657

December.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Soc. IESV December. 375

libera veraque manu pru- oration nas collegit, & illis caput, veluti rosis, coronans, cecinit: Laudate Dominum,omnes gentes; Christianis intereas IESVM & MARIAM clamantibus.

DECEMBER.

P. Edmundus Campianus.

) Omâ Brunam ad riro- Auglas. cinium missus, in Bo- Londini hemia postea Rhetoricam > 1581. Dialecticam, Physicam do- atat. 41.. cuit. Romam redire iusins, Soc. 8. missu Pontificis in Angliam profectus est pedes cu P.Roberto Personio anno. 1580. Audiebatur cum lachrymis. à Catholicis, etiam quando Missificantes, vt ipsi Sacerdotes vocant, decreto proscripti sunt. Tunc deceme Fides.

376 Anni dier.illustr.

rationes pro religione Catholica scripsit solide, & latine, quas nemo sapiens legit qui non laudauerit. Multis ille libellus ad orthodoxã veritatem lux fuit, & firmamentum. Iudas Eliottus proditor infamis Edmundum randem comprehensum 17. Iulij tradidit tribunali, adeò hilarem, vt in eo innocens illa lætitia, & facundiæ suavitas vel ipsis hostibus lachrymas excusserit. Disputationes acres, & clara Capiani vincentis glorià peractx. Audità capitis sententià, Te Deum laudamus pronunciauit, & populo palàm ostendit quanta sibi à Senatu & alijs promissa essent præmia, si à Catholica religione desciscerer. Vimineis cratibus ad patibulum

raptatus, de plaustro ad populum, spectaculum facti sumus, inquit, mundo, Angelis, & hominibus. Appensus furcæ, & mox in quatuor partes lectus est, more Angliæ iam recepto. Fuiz Campianus vir magnis ingenij, magnis virtutis, magnis tā gloriosæ mortis laudibus celebratus. Aiunt, Alephi iudicis ijs audiendis quæ contra Campianum dicebatur intenti chirothecam vltrò copioso sanguine manasse; nullo in manu vulnere, dolore nullo, sanguinarij signum iudicij. Tamesis Londinum interfluens, tempore quo enecabatur Campianus, torpentibus vndis, præter morem immotus stetit. Græcij anno 1606. pro salute vxoris in partu laboran-

S

n

378 Anni dier illustr.

rantis, Campianum, suum olim magistrum, implorauit vir nobilis; & coniux mox paruulum salua enixa est, ac nato Campiani nomen datum. Baronius in notis Martyrologij Romani 29. Dec. de Anglicanis fidei heroibus præclare loquitur, & particulatim de illis quos, inquit, puper Sancta Societas lesu velut agnos innoxios, in sacris septis, sanctis eruditionibus, acceptissimas Deo hostias saginauit. Videri potest laudatus locus.

P. Alexander Ioannes.
Briantus.

Anglus.

Angelici oris, & eloquentiæ, Apostolici spiritus vir, post biennium Lödini sacris laboribus impensum, anno 1581, 28. Aprilis in carcerem datus est, ibique same

in-

ii

d

bdcff

niagl

incredibili, siti, equuleo deinde sæpiùs ac dirè vexatus. Scripsit in carcere epistolam, in qua dicit se ante biennium de Societate ineudâ cogitasse, nunc verò Sa- Vocatio .. cramento spopondisse id se facturum. Antetormenta, recitato Beatissimæ Virginis B.V. rosario, se delicijs cœlestibus mirifice perfundi persensit; id quod ipse testatus est: & adiecit; in tortura vitima se quietum, solatij plenum, doloris expertem fuisse. Admitti ad Societatem petijt, & est admissus, votis quoque mox editis. Hæc ille scribens, adiunxit: Testis dies iste, testis & hoc Chirographum manus meæ in die iudicij. Cum crucem gestans Crucifiad tribunal prodiret, iussus. est illam abijcere. Sed ille; NoNolo, inquiebat, nolo vsque ad mortem vexillum meum, Crucifixi miles, deserere. Ibo vt moriar pro illo qui pro me mortuus est prior. Ita post Campianum pari morte damnatus est, & interfectus. Remundus, & alij quidam, aiunt eum de surca deiectum in pedes constitisse.

P. Ioannes del Carpio.

slispanus.
Ogmutij.
3. Decemba
1634.
stat 53.
Soc. 20.

Zohus

In Philippinis (à Philippo II. Rege Catholico sic di-Clis Oceani insulis) magnoperè laborauir, iuxta votum illud quo se eoceptis Sacramenti verbis Deo in animaru salutem deu ouerat. Apud Pictos Indos, qui cutem punctim pingunt, perquam strenuè in assorum salutem incubuit; sed ita ve sua quoque intentus, nullam omni-

nò è legibus instituto nostro præscriptis laxarit. Mindanai Insulæ Regulus eger Mahometo vouerat, se, si conualesceret, omnium quos nacisci posset Christum predicantium Patrum capita illi sacrificaturum. Compre- Fides. henfus Ioannes casus est acinace alte in caput impresso, eum se Deo victimam, positis humi genibus, dedicaret.

P. Hieronymus de Angelis, & Simon Tempo lapon

Nouitius. In tirocinio frano eguit, Italus. ne forte inedia corpus con- Iends. ficeret. Cum P. Carolo Spinola in Indiam soluit; ab Anglis postea caprus, & acerba multa perpessus. Illud mirum; quòd è naui inmare prolapsus, nullius ope adiu-

Field.

4. Dec. 623. ætat. 56. Soc.38.

adiutus, sub naui, à puppi ad proram delatus emerseferit, naui plenis velis velocissimè volante. Anno 1602 in Iaponiam appulsus, istic etiam socijs præfuit: in plures Prouincias intulit fidem primus. Alijs in exilium abactis, ipse diu latuit. In. Regno Cami cum vix mille Christianos reperisset, ipse breui decem millia capitum baptizauit.Labores, erumnas. que tantas sustinuit, vt macie torridus vix iam agnosci posset, essetque planè alius à seipso. In carceres ipso captiuus alios quadraginta captinos ad Christum convertit. Damnatus capitis, cum ad supplicium vnà cum alijs duceretur, causa mortis illius descripta, & palàm affixa est in hæc yer-

ba:

Fides .

Fides .

ba: Homines isti tam grandi supplicio mattantur, quia Christiani sunt. Ita exustus est, post pulcherrimam ad populum allocutionem, humi Aectens. Simon Tempo è Bonzij cuiusdam discipulo factus eius Socius, & laborum comes, optabat in Societatem admitti, & inodium fidei Christianæ occidi: verumque est consecu-

P. Andreas Gualdanes.

Hunc hoc die collocat lacobus Stratius in suo menologio. Fuir P. Andrea Ouiedo Patriarchæ superstes, olim socius, vir sinè dolo, ac in Abyssinorum salutem totà contentione intentus. Vnde intra quinque mensium interuallum, eorum linguam perdidicit, & insti-

5. Dec.

384 Anni dier. illustr.

Christianæ Abyssinorū idiomate scitè descripsit, ad
Schismaticorum reductione.
In Mazua deinde Arabici sinus insula, cum Christianum,
& quidem Sacerdotem, eum
esse agnoscerent barbari; à
Turcis Christiani nominis
odio incitatis tentus, & hastis transsixus est.

ee

CI

fti

Sp C

...9

C

Aci

.0

n

gi

ta

C

PN

10

x

re

N

21

in

cos

P. Ioannes Metella, & P. Ludouicus Matthaus
Polingottus.

Cim in Matteigammensi Ceilani Regni oppido laborarent sideles hi Euagelij
satores, Candiani milites
amore sux secta ac suorum
sacrificulorum (quibus horum præsentia officiebat
quàmplurimum) odioque
sidei, & illorum qui eam
sidem prædicabant accensi,

Fides .

Instanui.
Metteigamma.
6. Dec.
1616.
etat. 32.
Soc. 18.
Alter Italus.
ibid.
etat. 38.
Soc. 13.

eos lanceis confixère, ac recisa eorum capita palàm hastilibus assixa proposuêre spectanda: cadauera verò ad Crucis pedem abiecere.

P. Carolus Garnier

Aiebat se à B. Virgine Gallus. collocatum in Societate, apud Hi-Anno 1636 in nouam Franciam vela fecit: atque vtlex 1649, Domini immaculata, illius ore feliciùs seminaretur, pœnitentiæ Sacramento se quotidie perluebat, tenera clari- Conf.quotate. Oratio illi selix fuit tid. citra ylla turbamenta interpellantium cogitationum . Non nisi Supernaturalibus (vt Oratica loquimur) principys, ac maximis nitebatur, nulla cura respectuum humanorum. Nullum istic ærumnarum., aut expeditionum genus fuit in quo Carolus non fueric ap-

roquaos . 7: Dec. atat. 440 SOC. 250

i

d

12

n

à

S

1

386 Anni dier. illustr.

Angelus.

Charitas. apprime versatus. Eorum. quos morti proximos iuuabar, Angelis Custodibus omne illud negotium impensius commendabat. & visus illi adesse aliquando fuit Ange-

Morbus.

Mortif.

lus, cum ægro ipse adesset, id quod æger de illo narrans: Vidi, aiebat, inne. nem pellucetem, lateris P.Carolistipatorem: bic mibi bortator fuit, vt P. Caroli monitis parerem promptus; atque illius ductu proficere impense contenderem. Somnum breuem carpebat; nec aliter quam cinau ferreo, & stellulis aspero ad lumbos accinctus: quo eodem cingulo ad cruentam sui verberationem vtebatur. Hoc die cum Hurones Christianos ab Ethnicis Hiroqueis vexatos in tumultu, alios pœnitentiâ

d pb pp

expiaret, alios igni iam iniectos baptismo ablueret, duobus tribusuè globis traiectus est. Iacebat ille iam propinquæ morti vicinus, cum conspecto Hurone Christiano (qui decem ferè pedu interuallo abillo dissitus animam agebar) ad eum reptauit, & eum expiauir; mox penes illum triuphalem anima edidit, cum tune illicò eius caput iratus Hiroquaus barbarus securi gemino icu impressà ita confregir, vr cerebrum quoque illi elisericiba ville mainoig i gracus

P. Natalis Chabanel, eius socius, breui post illum, incertum quâ morte, interijt. Dedi de illo plura in mortibus illustribus. Aliqui ab apostata quodata suisse trucidatum haud ex vano

R 2 pro-

Charitas.

523678 PE. 2

n

2-

n-

ùs

Ili

Ç=

to

11-

ie.

do

12-

120

ue

2-

li-

82

os

n-

e-

ie

b

os

iâ

388 Anni dier illustr.

produnt. Argumentari licet è spolijs, & occasione planè idoneà; denique è minis illis quæ ex eius ore auditæ sunt dicentis; breuì quempiam è Sacerdoribus Christianis manu sua cædendum.

P.Inlins Cafar Margious.

in Siame ancerto mense. 1630.

Lati.44.

Soc.26.

P. Serrorius Caputus (vir ille sanctimoniæ laude vsque ad admirabilitatem celebratus) illi in Philosophia. literarum simul & eximiæ virtutis magister suit. Optabat Societatem, vt Indias & martyrij gloriam istic adipisceretur; cum tam sæcundas earum palmarum Indias esse literæ nunciarent. India, post alia, Siamensum saluti nauauit operam. ibi ab interprete suo persido per calumniam accusa-

tus,

tus, & occulro veneno fructibus illito peremptus eft. Eius corpus ignoti & Ange- Angeli. lico vultu ac maiestate confpicui adolescentes circumstare conspecti sunt.

Ludoniens Mendins

Missu S. Xauerij in piscariam oram profectus, ibi perquam diligenter operanij boni munus impleuib. Cum autem in pusili Chri-Rianorum gregem, innato in eam quam susceperant religionem odio Ethniei cæde miserabili grassarentur, ac templo Christiano ignem circumdarent, blande illos rogabat Ludo- Fide: uicus, ve ædi facræ ac innoxijs Christianis parcerent. Hæc agentem Maurus in coruice, ac in femoze vulnerauit :: mox præcifum: R. 3

Luftanus 192 078235 Pilcaria. mcerto menjes. 15520

li-

eè

C-

us

1-

ir

C

æ

1-

š

S

2

Anni dier illustr.

sum illi caput à barbaris asportatumes and coches

Anonymi duo Patres

& aly quatuor. In Salset- In Salsettis ad Goam duo 115 1 Mcerto

è Societate Patres lapidibus obruti sunt ab Ethnicis, & men se 1554. internecti: quorum nomina

nobis ignota in libro vitæ

sunt, vt speramus : vti &

duorum Coadiutorum anonymorum in Brasilia in odium

fidei peremptorum. Memo-

rantur etiam Patres Antonius

Fernandius & Loannes Bei-

ra, incertum quo mense, die, loco in Christieiusque sidei

Hispanus dium cafi do mongi ogam

Mindanai P. Alexander Lopez. P. Ioannes Montiel. 1655.

- Anno 1645. Cachil Corralatus Mindanai Rex pacem cum Hispanis iuratus pepigerat, præsente ac te-

ste

atat. 24. Sac.9 ..

atat. 57. Soc. 24.

Alter

Italus .

2555.

E556.

Re P. Alexandro Lopes, qui Regnum illud Apostolicis sudoribus rigarar; à Corralato tunc no nisi Fratris nomine appellatus. Huius pacis (quam Corralatus varie turbabat) firmande ergò P. Alexander, & P. Joannes Montiel (qui appo 1654. Româ istuc appulerat) ad Corralatum Manila ire justi, omnes itineris comites Sacramento poenitentia expiauêre : Patre Alexandro varijs Mortife. qua precibus ad Deum Lusis, quà voluntarijs corporis. afflicationibus in rem illam. arduam comparato. Cimverò Alexander vnà cum sació, acque comitibus, flumen (quod jam in Corralati Regno erat) ingress, iter ad eum intenderent, solè claro repente obscurus, & in., R ma-2) 4.

is

0

IS

82

12

æ

38

/-

m

45

392 Anni dier illustr.

majorem sensim circulum, ve videbatur, increscens, eruentus apparuit: id quod & Indos Patrum comites, & Corralarum exterruit. Appelfi ad Correlatum Patres, dum ille literas aperit, & P Alexandio fuo illi amico Tratris etiam nomine honor to, loquitur; Alexander opportunam cam occafionem ratus, blande sermonem de Christiana religione induxie, eun verbis quams mollissimis exhortarus, ve rationum momenta pro fide ac baptismo militantia sapienter expenderet, ac intam yeræ, tam necessariæ sidei lucem venire, adeòque baptismo expiari, ne cun-Caretur; maxime cum ingrauescens iam æras curam. salutis mature habendam

Bides .

esse admonear. Quare ageret, ac datam in articulis; pactionis pacis anno 1645... fidem de permittendis, ve in suo statu erigantur, Christianorum templis liberaret; imo ipse quoque fidem illam aternæ viræ adipisoendæ tam Fider necessariam complecteretur. Exarfinad hac fibi tam confidentendicta Corralatus; &: elato vocis accentu ferocior: dixit; tantum se à Christiana fide abesse, ve ipse priùs Patres & Hispanos ad Mau. rorum sectam sir traducturus, quam ab illis ad Christiana sacra convertendus... Sed: cum amanter (vt aliàs; agere cum illo confueuenat) pro Christiana religione amplectenda rationes: plures: adduceret. Alexander, &: explicaret; surenter è sedes; R 5 p10-

S

od

5 9

t.

2-

ito

11-

و

11-

200

0-

ne

وسا

ve

le

200

7-

و

324 Anni dier illustr.

prosilijt Corralarus, minaelter eireumspectans & quærens quidpiam quod in illum posset conijcere : simulque signum dedit cuidam, vi illum è vestigio trucidaret. At ministro illo ecquid Corralatus innuerer minimè assecuto, accurrit Regina, quæ aderat, & Regem coniugem amplexu stringens, familiarem, qui illi de cingulo pendebat pugionem, seu aliud quodpiam enchiridion militare, illi adimere nitebatur; affirmante Rege, se in eius gratiam illos illicò non trucidasse, qui sibi authores fuissent suscipiendæ fidei Christiana : Patri simul comminatus, quòd si vnquam de simili argumen. to dicere sibi quicquam dein. ceps auderet, se tam illum, quàm

quam socium contrucidaturum, instar animalium immundorum. Gloria id religiolis & Christianis effe, martyrio potiri, dicente Alexandro; eo ardentiùs furens Corralatus respondit; breui verique marryrium mi. nime defuturum: eosque inde abstrusos abegit. Et ne longum faciam; Patres nom ita multò post quam ex aulà cessère, ad Reginam, seu re vera, seu traude euocati funt; & per iter Alexander se in humeris ichum sensit, lanceaque percussum: acque illicò vnà cum socio à frequentissima irruentium. Maurorum manu circumdati, eo in loco perempti sunto Alexandro clamante ; se libenter vitam ponere in prædicatione baptismi: ac mox

2-

29

1-

d

iè

13

u

n

6

æ

.3

396 Anni dier. illustr.

Crucifi-

expirante in amplexibus & osculo eius, quem de pe-Gorceduxerat Crucifixi. Tametsi verò reliqui etiam eorum comites ferè omnes deinde sint casi, hos tamen odio fidei esse trucidatos, & ex ijs liquet quæ dictas sunt; & ex eo quod ipse Corralatus ad Samboangensem Gubernatorem perscripsit: Patres illos à Mauris suis Ministris esse morte affectos, qued eos ad fidem Christianam adducere laborassent; cum eorum maiores minime fuissent id genus fidei. Sectatores. Patrum corpora Indus quifpiam Christianus terræ mãdauit; quæ ab eodem Indo post mensis integri curriculum exarata, vt in Samboangam mitterentur, sanguine ac vulneribus tam recentidus purpurea sunt reperta,
quasi tum primum fuissent

P. Martinus de Aranda.
Valdinia.

Perillustri ex Hispanis Hispannes. apud Elidomoin Chile natus, litera+ curanos. riæ aliquid, plus militari di- 14. Dec. sciplinæ studij adhibuit ado- 1612. ætat. 51. lescens, dux equitum. An Soc.20. no 1592, dum Prætoris munus pararet capessere, Limæ in tirocinio sacræ exercitio- Vocatio rum solitudini se tantisper. dare constituit : in qua vbis altiùs fluxam opum gloriam introspexit, Societatem les initurum voti religione firmauit; eamque impetrauit? sed non ita vt. optabat, ad Humilitas Coadiutorum officia obeunda. Studijs vtcunque perfundus, ad Ciuncios abijt: vbireptabat per asperrima.

MOITA-

80

e-

a-

0-

es

n

Sy

را

re

m

t:

<u>i</u>-

d

d-

) 400

nt

6

=

0

q

at

di

te

A

ra

h

p

n

C

ti

Charitas.

montium & siluarum, 2c per aquas non semel. Araucanis deinde pestilentiæ lue tabescentibus obsequia sua nauauit; quibus charitatis officijs multos Christo lucrifecit. Demum ad Elicuræ populos cũ P. Horatio Vecchio, & Didaco Montalbano missus, terrio die à barbaris neci est datus. Accufabantur, & odio erant Patres, quod nova legis feminato. res effent; & quod vxores à Christianis è medio barbarorum accepta Christiano ritu sint expiate hisce authoribus. Ergò genibus religiosè nixos inuasère sicarij, & clauas ligneas ferreis muricibus amentatas, arque refertas, illorum capitibus illisere: humi jacentes hastis confixere; ceruicibus quoque

que præcisis. Lætissimos, arque fortissimo animo cecidisse affirmat Indus, qui inter cadauera iacebat viuus. Aiunt alia aliorum cadanera ab auibus vorata; trium horum intaca relica.

P. Horatius Vecchi.

Miti, semper virgine, ac Italus. pio erga Dei Matrem inge- ibid. nio fuit Horatius . Romæ 14. Dec. cum intertirones exercere- atat.35. tur, optatam future suę mor- Soc. 15. tis gloriam diuinitus intellexit, dinina synaxi percepta. Euch. Anno 1603 in Americams abijt, Limæ Philosophicis Theologicisque disciplinis probè imbutus. Postea in Chile, Christi legem explicuir; demum apud Elicuranos, non nisi Christiano sanguine molliendos, & subigendos ad fidem. Ibi arbo-quens. TI

400 Anni dier. illußr.

ri alligatus, dissecto pectore, corde euulso per quartam horæ parcé Christu predicauit; id quodde P. Martino Valdinia etiam affirmatur. Primi eius percussores. ferè post annos 30. conuerf. Antonius Rangelius religiofæ planè virtutis Coadiutor, cum hoc die anni eivsdem aquam haurirer è puteo Cordubæ, dixit; eadem hora alicubi gentium, longissimè dissiraru Nostros in odium fidei cædi, sanguinemque profundere. Cesus cum his

Didacus Montalbus Coad.

Natus in noua Hispania, arte sarcinator, Socijs Arauci servivit. Inde ad Societatem admitti, ac Elicuram
cum Patribus proficisci obtinuit. Primus cæsus est,

Indis ibid. 14. Dec. 1612.

Oratio .

Soc.1ESV Dec. 401

cum in genua se demittens gratiam à Deo flagirarer ad mortem fortiter pro illius gloria oppetendam.

P. Franciscus Buldrinus.

Roma natus, in Indiam, deinde in Japoniam profedus, dum istic pace frui licuit magno ardore incubuit incerto in vtilitates animarum. In- 1633. tercessit præclaris conatibus Daifusama, cuius imperio extorris Macaum deportatus est. Inde clam redux, tob to ingenio in artes incubuit quibus & latere posser culta vario, & prodesse quamplurimis, idque abunde præstitit vsque ad mortem nobis incerto loco ac tempores obitam, inter sacros illos labores, arumnas, atque pericula.

Italus ... in Iapomia . men e. æt 58. Sec. 400

Lindsund.

P. The-

11.27

C-

L-

6-3

3-

S

11

è

Anni dier illustr. 402

P. Thomas Hollandus.

tu

na

rè

fæ

Aa

to

fa

m

ha

pi

tr

A

Opi

n

d

91

A

m

ti

CI

WI

N

Angless . Londini. 34 Dec. a141.420 196.19.

sacerto

24.09%

Morum elegantia, ac virtute in placido ingenio magis grata & enitescente fuit eximius. Puer olim in Audomarensi ephebio cum Sodalium Deiparæ albo esset inscriptus, cum duobus alijs nier. è Parthenio illo cœtu in præssitutulocum conveniebat. Ibi preces ad Cali Augustam fusic ; habitaque de illà pia colloquia. Tum ineiusdem Virginis honorem ea humilitatis exercitatio est inita, vt vicissim alter alte-

Humilitas. rum commonefaceret de erratis, si quidpiam in Socio aduertisser. In Societate, quoque tanta pollebat gratià & eruditione in serendis Pia collo-dininis colloquijs, ve conflaquid . tus è spiritu, & Bibliotheca librorum Spiritualium dicere-

是。是

tur.

tur. Cum iuuenes in Semi- Morif. nario regeret, illos præclarè in spiritu educabat, & persæpè le pro salute illorum. Aagris accipiebat. In Anglia, totus licèc in Catholicorum salutem esset intentus, tamen dexteritate mira se ab hæreticis tuebatur, aliums pro alio scitè simulans, citra mendacium. Londini ab Apostata sidei proditus, 14. Odobris tentus, postea capiris damnatus est; Iudice Fides ipso diserte fasso pro tribunali palàm : se nihil criminis. de illo aliud habere quam. quod fit Sacerdos Catholicus .. Auditâ capitalisentetia Tho. mas lætè respondit: Deo gratias! In carcere autem, Socios ad Te Deum laudamus: vnà recitandum inuitauit .. Moriturus, aiebat se esse Catho-

404 Anni dier.illustro.

Amer Dei. tholicum Sacerdotem, & Iesuitam; paratum autem religionis causa pro Deo ponere vel tot vitas quot haberet capillos in capire, quotque in Oceano essent gutta, ac perfectiones in Deo. Cum iam suspendédus esset, claufit oculos tantisper; ac mox apertos in quendam de Societate istic prasenté coniecit exinità pactione; quod erat signum eum peccata fatentem è formula Ecclesia absoluendi. Tum appensus; Arangulatus, deiectus è furcâ, & in pantes quadrifariam. sectus est, pro more Anglicano. I month

Petrus Correa, &

in Brafil.
24. Dec.
1554.
Soc.

Hos hoc die collocat Stratius in Menologio; Catalogus tantum in Decembri ponit.

UNIVERSITATS BIBLIOTHEK PADERBORN fi m

L

reac

qi

91

ri Mi

fe So b:

d

At C

re fi

mit Correa vir nobilis, Brasilos cum ea quam ductabat militum manu capiebat, & ad Lusitanorum seruitutem venales damnabat . Monitus, Charitat. resipuit; & Societatem inije, ad eosdem pro cælo capien. dos; id quod per annos quinque impense præstitit, ad Carigios vnà cum Sosa coquo Coadiutore profectus, & Brasilijs Doctor eloquentia appellatus. Geruix ei velperidethali vulnere faucia, po-Aridie repente sana, & oculorum dolor accerrimus confestim extinctus, precibus Sociorum. Homines epulis barbaris destinatos clam dextrè baptizabat, aquâ è. strophiolo expressa. Apud Carigios cum locio feliciter rem gerebat: sed quidam. furens libidine (quemille à de-

10

24

11

X

- d

B.

57

.

n.

406 Anni dier illustr.

deuoraturorum illum Brafilorum cultro carnario liberârat) qui auulsam à se (è ritu legis Christi) pellicem dolebat, barbaris in eos concitatis effecit, vt mortem illis consciscerent. Ergo Sosam primum, deinde Corream, verumque in genua procumbentem, sav gittis interimunt; Christianis eum lugentibus, & vnicum veritatis interpretem, omniumq: Patrem, fratrem, amicum dolenter clamantibus. lorum de lor acc

Michael Nacascimas

Iapon.
in Vrgenio.
monte.
25. Dec.
1628.

Per annos quindecim, Patribus serviens multum operæ contulit ad Christianam rem benè gerendam, & ipse quoque Christianos erudivit, adiuvit. Eapropter captus, sustibus non pter captus, sustibus non pter captus, sustibus non presentationes.

Fides .

fe-

fe

d

el

fu

gı

PI

fo

ib

te

ac

pi

Ra

te

CC

ill

te

et

V

8

vl

te

Ci

N

ti

Soc. IESV Dec. 407

semel vapulauir: & aliquando ex alto in aquas deiectus est. Supinus, aqua in os infusa, & vi rurlum cum fanguine de corpore arciè com. presso expressa cruciatus, soli torrendus expositus, ibi leni aura è calo aspirante recreatus est. In Vigenio, Mons. ad Nangalachum monte igneus. præalto, & intus igneo instar Vesuuij, atque bullientes aquas que in stagnum. confluunt, effundente, aquis illis perfusus est. Sunt autem aque ille noxie, bestijs etiam, auibusque illac forte volantibus. Si verò illis tingantur humana corpora, vlceribus doloribusque miferè cruciantur. Hos cruciatus expertus est persæpè Michael, etiam per bullientia illa stagna traductus: at-

408 Anni dier.illustr.

que inter hæc tormenta, cum Christum ac sidem semper profiteretur, extinctus est. Lubet hac occasione hic offerre legendum

Edictum Iaponicum.

Cardine Catalogi pag. 78.

Toxogunus Imperator, coperto Lusitanos Macaenses violare legem toto Iaponico imperio promulgatam, aduersus legem Dei, missis Macao clam Pradicatoribus Euangelicis, qui inducendo Iapones ad mutandam Religionem, susceptà Christianorum leze grauissima admittunt scelera morte digna. Ad hoc, eosdem Lusiranos Macaënses annonam, & alia necessaria submittere, ac succurrere prædictis pradicatoribus, & Christianis, qui occultè viuunt in Iaponia, id quod eadem lege veritum est. IdCir nis lut ciu

tis me

O la

80 Ia

Vic liu cio C

fee

ba re sta

Ri: ce

ac

aff eff circò publico edicto Lusicanis omnibus interdicit absolute nauigationem & comercium Iaponię sub pœna mortis, & comburendæ nauis ac merciu. Die 4. Augusti 1639.

Hinc liquidò patet, exiliu, & mortes Christianis apud Iapones odio fidei irrogari.

P. Ignatius Fialho.

In Mogoris imperio cum_ Luftan. secundo successu res suere rea. viderentur, Rege mortuo, fi- incerto lius, Mahometi æquo tenacior suffectus est; qui rem Christianam misere perturbauit, & multos ad vomitum redire coëgit. In ea tempe. state P. Ignatius cum Chri- Fides . stianos ad retinedam in suscepta religione costantiam acriter hortaretur, & Cruci affixi Christi effigiem manu efferens oftentaret, gladijs plu-

in Mogomen se

n

r

Anni dier. illustr. 410

pluribus vulneratus, in opere nobili vitæ finem imposuit.

P. Peirus Andreas de Zamora Nouitius.

a

2

a

r

pinis . 28. Dec. 1639.

Hispanus. In insula Mindanao videin Philip- batur semen sidei Christianę nuper à Marcello Mastrillo iactum bonam messem promittere. P. Petrus Societate iterum impetrată, in ea secudùm tiro, ad eius agri cultionem destinatus est; quia virtute iam bene maturus. Apud Buhayenses milites egregia de illius sactimonia fuit opinio, cum suo corpori pessimè faceret, alijs verò quam optime facere pro viribus conniteretur, nobili Aagrantia charitatis . In omni rerum ad vitam degendam necessariarum penuria superabundabat gaudio, & yalchar firmus cor-

Charitas .

po-

pore, animo firmior. Nitebatur omni operâ Mahometanos inter & Hispanos amicitiam componere; quò viam aperiret, ad eos Christo sic addicendos. Hoc agentem adorti Mahometani, vulneribus ita confecere, vt tertio post die animam exhalâ-

P. Antonius Sociro.

In Ceilano insula per an- Lustan?. nos multos Christo militans in Cerlano. multos ad eius fidem addu- menfe. xit. pedes itinera ingentia exantlauit. Magnum in il- Sos 45. lo fuir orandi studium; incredibilis amor arctissimæ paupertatis. Opinio sanctimoniæ de illo tam erat peruul- Orațio. gata, vt sinè illo in barbaros mouere Lusitani nollent:dicerentque; Deum ab eo exoratum dare victorias. Sitien-

atat. 61.

re

C-

16

lo

-C

te

12

S

a

Oratio .

ti exercitui aliquando, veluti nouus Moyses fuit, quando fusis ad Deum precibus rupem baculo percussit, & aquam afAuetissime inde elicuit. Captus à victoribus barbaris, viuus ad eorum ducem adductus est. At ille indignatus est, quòd eum non trucidassent qui suorum Pagodum (idolorum) hostis esset tam acerbus, tamque infestus, ac noxius. Eo veluti signo necis dato, adactis in eius pectus hastis, cum in genua prolaberetur atques oraret, perfossus est, & ex-

Fides.

P. Bernardus Nugueira.

tinctus.

Lusitano Patre viro nobili Fremonę in Athiopia natus, mense, ac ab Emmanuele Almeida no-Aro dininis literis egregiè imbutus, Alphonsi Mendez

Pa-

Aethiops . in Regno Golama. die incerto . E653.

Patriarchæ comes, deinde Vicarius, & Rassele Christos in fidei odiu à nepote Imperatore sui fratris filio postea suspensi confessarius fuit. Demű Societatem impetrauit; & in Regno Tygre, ac deinde in Regno Goiamæ Catholicis magno fuit præsidio. Proditus tandem, ac tentus, decreto Catholicis qui Romanam fidem deserere nolunt supplicio, suspésus est; fassis ipsis quoq: Schifmaticis, & Raffelam Chri- Fiden. stos, & P. Bernardum ea quæ Romane fidei cultoribus in-Aigi solet morte mulchatos.

Supplementum.

P. Ioannes Vorthingtonus. Sine socios regeret, sine cum hæreticis, Catholicifue

5 3 age-

Anglus. an Anglias 25. Ian. 1652. atat. 800 Sec. 550

100

T to

15

80

15

-

1-

n

m

is

S

n